



**Rvperti Ab||batis Monasterii || Tvitiensis Ordinis S.  
Benedicti The||ologi antiqui, Opera duo, ut egregia sanè,  
ita diu desiderata, multoq[ue] || labore perquisita, ac  
sumptu haud ita modico ...**

**Rupert <von Deutz>**

**Colonia, M. D. XXVI.**

**VD16 R 3796**

Cap. III. Tunc Jesus (ait Euangelista) ductus est in desertu[m] a spiritu, vt  
tentaretur a diabolo, [et] cu[m] ieiunasset quadraginta diebus, [et]  
quadraginta noctibus, postea esuriijt.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71860](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71860)

Testimoniū  
de Iesu a tota  
trinitate.

Deut. 19.  
I. Iohan. 5.

Iohan. 8.  
Iohan. 5.

Iesus testatus  
a Iudæis per  
discipulos Iohannis.

Iohan. 3.

Colof. 2.

Chrs gna &  
delicia p̄ris.

Colof. 1.

Psal̄m. 107  
CAP. III

Iesus ductus  
est a suo spiri  
tu in desertū.

alius, sed iste pauper, iste Iesus à Nazareth, iste qui putabatur filius Ioseph. In testimoniū  
ueritatis huius hoc totū factū est, ut secundū legem diuinā stabile fieret testimoniū, quia  
scriptū est in lege, In ore duorum uel uel trium testium stabit omne uerbū. Hinc Iohannes Euan  
gelista dicit. Et tres sunt qui testimoniū dant in cælo, Pater, & uerbū, & spūs sancti, sicut co  
sona patris ex uoce, q̄ de cælo uenit, audita est: persona spūs sancti, cælis apertis, sicut col  
lumba descendit: p̄sona uerbū sens quidē aderat in earne, sed silebat, neq; illa hora qua lo  
quebatur testimoniū suū: licet quodā loco dicat, ego sum qui testimoniū phibeo de me ip̄  
so: in Iohanne autē testimoniū perhibebat, quia sup Iohannē ( sicut iam dictū est ) propter  
hoc perhibendū testimoniū, uerbū dñi factū fuerat. Hoꝝ triū attendens testimoniū ip̄le,  
aduersarijs suis dicebat, Si ego testimoniū perhibeo de me: ubi subintelligendū est, sicut lo  
lent hoies de semetipsis testimoniū perhibere, & p̄ inanē gloriā semetipsos cōmendare: te  
stimoniū meū non est uerū. Alius est qui testimoniū phibet de me, & scio quia uerū est tes  
timoniū qd̄ perhibet de me. Vos misistis ad Iohannē, & testimoniū phibuit ueritati. Ego  
autē non ab hoie testimoniū accipio, ego autē habeo testimoniū maius Iohāne, Hæc & cæ  
tera aduersus maliciosam illorū inuidentiā dixit, q̄ accipere nolentes, & se scire dissimulan  
tes testimoniū dei, q̄ in testificando non p̄t falli, & cuius testimoniū ex manifestis opibus  
sed testimoniū phibuit ueritati. ¶ Tunc utiq; miserūt ad eū, sperādo eū posse falli, at ille nō falsus est  
uolēdo ut posset falli, qñ facta est quæstio ex discipulis Iohānis, cū eis scilicet Iudæis de pu  
rificatōe, & uenerūt ad Iohannē, & dixerūt ei, Rabbi, qui erat tecū trans Iordanē, cū te  
stimoniū phibuit, ecce hic baptizat, & oēs ueniunt ad eū. Iccirco nāq; sic ineeperūt, ut in  
uidiæ aut zeli flāma ureret animā Iohānis, atq; ita cōformatus illis, id est, inuidens factus  
cū inuidis, diceret aliquid qd̄ esset cōtrariū ueritati. At ille testimoniū phibuit ueritati, nō  
potest (inquiens) homo accipere quicq; nisi fuerit ei datū de cælo, & cætera usq; q̄ credi  
derit in filiū, habet uitā æternā, qui autē incredulus est filio, nō uidebit uitā, sed ira dei manet  
super eū. Magnitudo testimoniū, & ex specie colūbæ, & ex eo q̄ cū dixisset pater, tu es filius  
meus dilectus, addidit, in quo mihi bene cōplacui, reuerēter debet agnosci, Nā species  
colūbæ, id est spūs sanctus, descendens & manens sup eū in specie columbæ hoc testificat,  
quia in ip̄so habitat omnis plenitudo diuinitatis corporali, sicut columba totū quiddā est,  
cui pars corporis nulla deest. ¶ Et hoc dictū, in quo mihi bene cōplacui, hoc testificatur,  
quia talis hic filius sola & unica dei patris gloria est, & uere in isto solo gloriatur cunctis orū  
mirabiliū honorūq; omnium mirabilis operator deus, quia tale nihil fecit, quale est iste filius,  
secundū diuinitatē increatus, secundū humanitatē creatus & factus. Cū nōdū esset hō  
factus, erat, ut nunc est, imago dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ, & in ip̄so (ait  
ap̄lus) condita sunt uniuersa, in cælis & in terra, uisibilia & inuisibilia, siue throni, siue do  
minationes, siue principatus, siue potestates. Omnia p̄ ipsum & in ip̄so creata sunt, & ip̄se  
est ante oēs, & omnia in ip̄so constant. Vbi homo factus est, extunc ip̄se est (ait idē ap̄lus)  
caput corpis ecclesiæ, qui est principiū, primogenit⁹ ex mortuis, ut sit in oibus ip̄se, prima  
tū tenēs, q̄ in ip̄so cōplacuit, oēm plenitudinē diuinitatis corporali habitare, & p̄ eū recō  
ciliari oia in ip̄so, pacificans p̄ sanguinē crucis eius, siue q̄ in terris sunt, siue q̄ in cælis. Re  
cte igitur pater gloriosus & hic dicit, in quo mihi bñ cōplacui, et eundē in psalmo gloriā  
suā appellat, dicens ad eū, Exurge gloria mea. De manifestatione eius, hactenus pro posse  
dictū est, Manifestatus autē, quo uel quali ordine procedere incepit. ¶ Tunc Iesus (ait E  
uangelista) ductus est in desertū a spiritu, ut tentaretur a diabolo, & cū ieiunasset  
quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esuriit. ¶ Ecce quales q̄ post  
chrū medicantis diuinitatis consiliū, ut duceret hunc secundū hominē in desertū ad ieiun  
andū, & ad tolerantia tentationū, & non tam in paradysum ad manducandū, ubi posue  
rat hominē primū. Dubitatū est super hoc à quibusdā, propter hoc qd̄ subditur, Assump  
sit eū diabolus in sanctā ciuitatē. Et rursum, Assumpsit eū in montē excelsum. ¶ Sed uerū  
& absq; ulla quæstione cōuenienter accipitur, ut à sancto spū in desertū ductus credatur,  
ut illic eū, suus spūs duceret, ubi hunc ad tentandū malignus spūs inueniret, & eisdē modis  
à secundo homine quinceretur, quibus primū hominē se uicisse gloriabatur. Contra p̄  
mum quip̄

nam quippe hominē parentem nostrū in tribus se tentationibus erexit, quia hunc uideli-  
 cet, gula, uana gloria, auaritia tentauit, & tentando superauit: sed eisdem modis (ut iam di-  
 ctum est) secundo homini tentato succubuit. Igitur ipse dominus deus, qui tulit hominē,  
 quem formauerat, & posuit eū in paradyso uoluptatis, ut operaretur & custodiret illū, prę-  
 cepitq; ei dicens, ex omni ligno paradyfi comede, de ligno autem scientiæ boni & mali ne  
 comedas: permittitq; eū tentari, ut manifesta fierent & angelis & omnibus superuenturis  
 seculis que erant in corde eius, ipse hunc hominem secundū, quem de uentre uirgineo for-  
 mauerat, tulit, siue (ut alius Euangelista scripsit) expulit in desertū, expulit (inquam) tanq̃  
 reum, & illius primi hominis portantem reatū, quia ipse posuit in eo iniquitates omnium  
 nostrū ut inciperet uapulare ieiunando quicquid in illo uno comedente peccauerunt. Per  
 pulchrū est collationem facere illius primi hominis & secundi, in eo q̃ ille positus fuit in  
 loco amoenitatis & facietatis, & excepto uno ligno appositæ sunt ei omnes delitię parady-  
 si, & tamen in illa tali & tanta facietate, de gula in uno tentatus tam facile succubuit: Hic  
 autem expulsus est in locum horroris & uastæ solitudinis, & quadraginta diebus ieiunium  
 impostum est ei, quo peractio esurię, & tamen in illa esurie de necessario pane tētatus, ten-  
 tationi non succubuit, ut utiliter demonstraret infideliatori per miracula sua, quod esset filius  
 dei, unde postmodum plenius dicendum erit. ¶ Perpulchra inquam (ut iam dictum est)  
 collatio ex comparatione huius secundi & illius primi hominis: ueruntamen quoniā non  
 solum illud originale peccatū, uerum etiā actuales deus posuit in eo iniquitates omniū no-  
 strū, & ipse puer ille est, de quo propheta prædixerat, quia puer Israhel est, & ego dilexi  
 eū, & ex Aegypto uocaui filium meū, cuius propheticæ præconię præfens Euāgelista su-  
 perius meminit, libet latius explanare sacramentū hoc tentationum, quas pro nobis puer  
 iste sustinuit: quia tres fuerunt tentationes, singulæ causas siue rationes, per ordinē de-  
 sacris proferre scripturis. ¶ Igitur uocatus ex Aegypto puer Israhel, filius dei, dominus Ie-  
 sus, postquā habitauit Nazareth, ubi & nutritus est, & postq̃ aquas baptismi transfuit, du-  
 ctus est desertū à spiritu, & cū ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, ten-  
 tatus ipse, & fidelis inuentus est in tribus tentationibus, ut patrū suorū, filorū Israhel, toti-  
 dem & eisdem tentationes euacuaret atq; deleret: qui educti de terra Aegypti post quam  
 aquas maris rubri transferunt, quadraginta annis per desertū circumducti sunt, & tentati  
 sunt, quia tentauerunt & infideles inuenti sunt. Eisdem & totidē fuisse tentationis illorū:  
 quas et quot puer iste iam dictus sustinuit, puer Israhel quē ego dilexi, ait in propheta dñs,  
 ex ordine per scripturā demonstrandū est. Prima fuit tentatio de panibus, sicut scriptum  
 est, Et murmurauit omnis congregatio filiorū Israhel contra Moysen et Aaron in solitu-  
 dine, Dixeruntq; ad eos filij Israhel, Vtinā mortui essemus per manū domini in terra Ae-  
 gypti, quando se debamus super ollas carniū, et comedebamus panes in saturitate. Cur ex-  
 duxistis nos in desertū istud, ut occideretis omnē multitudinē fame, Dixit autē dñs ad Moy-  
 sen, Ecce ego pluam uobis panes de cælo, et c. Tentatio fuit hæc non fidelium, sed infidelium,  
 non quia panem petierunt, sed quia male et absq; fide petierunt. Hinc est illud, saluo  
 sacratione intellectu, et tentauerunt deū in cordibus suis, ut peterent escas animabus suis,  
 et male locuti sunt de deo, Dixerunt, Nunquid poterit deus parare mensam in deserto?  
 Nunquid panē poterit dare aut parare mensam populo suo? Quia sic tentauerunt, iccirco  
 tentati sunt in eo ipso, in quo tentauerunt. Cum enim dixisset dñs, Ecce ego pluam uobis pa-  
 nes de cælo, egrediatur populus et colligat quæ sufficiant per singulos dies, subiunxit atq;  
 ait, Ut tentem eū, utrum ambulet in lege mea an non. Die autē sexta parent quod inferant,  
 et sit duplum quam colligere solebant per singulos dies. Quod cum fecissent, duobus mo-  
 dis comprobatur est q̃ in lege dei nō ambularent, quia cū dictum esset eis, nullus relinquat  
 ex eo in mane, non audierunt, sed dimiserunt quidam ex eis usq; mane et scatere cœpit uer-  
 mibus atq; cōpuit. Item cū dictum esset eis, sabbatū domini est, iccirco nō inuenietur,  
 nihilominus egressi sunt ut colligerent, et non inuenierunt. Dixit autē dñs, Usq; quo nō uul-  
 tis custodire mandata mea, et legē meam? ¶ Sic incipiens populus ille per hoc uiciū, scilicet  
 cet p̃ gula immoderantiā deliquit, et si recte consideres, pestis ista, scilicet uiciū gulæ, per  
 maxima est uexatio generis humani, ex qua suboriuntur plurima sæua atq; mortifera uitia  
 d 3 carnis,

Gene. 2.

Marci. I.  
Elaie. 53.Collatio pris-  
mi & secun-  
di Adæ.

Osee. 11.

Tres tentationes  
Chri, contra  
tres tentatio-  
nes in deserto

Exodi. 16.

Psalm. 77.

Exodi. 16.

Viciū gulæ  
sæua pestis.

Cur nō ultra  
40. dies Chrs  
ieiunauit,

Deute. 25.

Gloria Chris  
ti uera, non  
inanis,

Iohan. 2.

Deute. 8.

Tentatio se  
cūda in scti.  
Exodi. 17

Nume. 20

Deut. 6.

carnis, & hæc iniquitas accidit ex radice peccati, quo primus homo (de quo supra dictum est) uetitum lignum mom ordit. Quomodo iste puer Iſrahel noſtrū hoc uicium in ſem et ipſo punituit & emendauit. Primum quadraginta diebus, & quadraginta noctibus ieiunauit, & deinde cum eſuriret, comedere noluit ad ſuggeſtionem tentatoris. Quadraginta inquam diebus, & quadraginta noctibus ieiunauit, & ulterius ſiue diutius ieiunando illum affligi, nimie fuiſſet ſeueritatis. Dicit em̄ ſacra lex, cui per omnia deus homo factus obedire dignatus eſt. Sin autē iudices eum, qui peccauit, dignum uiderint plagis, proſternent & coram ſe facient uerberari. Pro meſura peccati erit, & plagarum modus, ita dumtaxat ut quadragenarium numerum non excedat, ne fœde laceratus ante oculos tuos abſeat frater tuus. Vnus idemq; puer iſte ſæpē dictus, ſcilicet Chriſtus, & iudex erat & quaſi reus, & coram iudicante diuinitate ſibimet inſita uera humanitas eius proſtrata, ieiuniorū plagis uerberabatur, nō quia peccauerat, ſed quia peccata gulæ noſtræ ſuper ſe ſuſceperat. Vterius non debebat extendi ieiuniū, quia (ſicut iam dictū eſt) ſacra iubebat lex, ut plagarū modus quadragenariū non excederet numero. ¶ Itaq; humilitatem flagellati iam debuit gloria ſequi, non gloria inanis, ſed gloria uera, gloria dei. Inanis gloria fuiſſet, ſi ſecundū ſuggeſtionem tentatoris feſiſſet, dicentis. **L Si filius dei es, dic ut lapides iſti panes fiant.** ¶ Forte em̄ putas, quia gloriam ſuam manifeſtauiſſet, ſi ad eius dictū lapides facti fuiſſent panes, ſicut in eo gloriam ſuam poſtmodum manifeſtauit, quod ad eius nutum aqua in uinum conuerſa eſt: ſed non ita eſt. Vbi em̄ hoc fecit initium ſignorum, & ſic manifeſtauit gloriam ſuam, non gloria fuit inanis, ſed gloria cum fructu, quem uidelicet fructum protinus Euangelista præſentat dicens, & crediderunt in eum diſcipuli eius. Nunquid crederet in eum tentator inſidioſus, aduerſarius antiquus, ſi lapides conuerſiſſet in panes? Dicit aliquis, Nobis ad fidem uel ad cognoscendam dei gloriam profuiſſet, qui legeremus, ſi ita factum fuiſſet. Imò magis hoc nobis ad gloriam dei prodeſt quod legimus, quia teſtimonium ſuæ diuinitatis dei filius diabolo communicare dedignatus, hoc potius reſpōdit de ore dei. ¶ & remoto diabolo a participatione, ſiue præſentia reſeſtionis, acceſſerunt angeli & miniſtrabant ei. Scriptū eſt autē taliter hoc in libro Deuteronomij. Adduxit te dñs deus tuus quadraginta annis per deſertū, ut affligeret te atq; tentaret, & nota fierent q̄ in tuo animo uerſabantur, quia nō in ſolo pane uiuit homo, ſed in omni uerbo qd̄ egredietur ex ore dei. ¶ Secūda tentatio fuit afflictio ſitis & penuria aquæ, de qua ſcriptū eſt. Igitur p̄fecta omnis multitudo filiorū Iſrahel de deſerto Syn per manſiones ſuas, iuxta ſermonē dñi, caſtrametata eſt in Raphidim. Vbi non erat aqua ad bibendū populo. Qui iurgatus contra Moysen ait. Da nobis aquā ut bibamus, & cætera uſq; & uocauit nomen loci illius tentatio propter iurgiū filiorū Iſrahel, & quia tentauerunt dominū dicentes, eſt ne dominus in nobis, an non. Ita miro modo populus & tentabat & tentabatur, & iccirco quia tentabat, iuſto iudicio tentabatur. Nam quod populū tentaret dominus, Moyses loco ſupradicto teſtatur, ut affligeret te iniquens atq; tentaret dñs deus tuus & nota fierent, quæ in tuo animo uerſabantur. Quod autem ibi quoq; populus dominū tentauerit, hoc dicto ſatis innuit, & uocauit nomen loci illius tentatio, quia tentauerunt dominū dicentes, eſt ne dñs in nobis an non. Super hac re, id eſt, ſuper penuria aquæ, non tantū ſemel, uerū etiam & alia uice tentauit & tentatus eſt & in illam tentationem Moyses quoq; et Aaron inciderunt, ita ut dicerent: Audite rebelles et increduli, Num de petra hac uobis aquam poterimus eiſcere? Dixitq; dominus ad eos. Quia non credidiſtis mihi, ut ſanctificaretis me, coram filiis Iſrahel, non introducetis hos populos in terram quam dabo eis. Hoc fuit curioſitatis uicium, quia tentauerunt dominum dicentes, eſt ne dominus in nobis an non. ¶ Quomodo hic ſæpē dictus puer Iſrahel ſuper hoc uicio tentatus eſt. **L Aſſumpſit eum diabolus in ſanctam ciuitatem, & ſtatu it eum ſupra pinnaculum templi, & dixit ei, Si filius dei es, mitte te deorſum.** Scriptum eſt enim, Quia angelis ſuis mandauit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. **At illi Jeſus.** Scriptum eſt, Non tentabis dominum deum tuum. ¶ Hoc itidē ſicut et primum reſponſum, ſcriptum eſt in libro Deuteronomij, Non tentabis (ait Moyses) dominum deum tuum,